



Perillustri V. CONSTANTINO HUGENIO Equiti
Erycius Puteanus S. D.

Summe et Perillustre Vir, Laude suffusus, verecundius
iam scribo. Sed si tam benignum de una epistola iudi-
cium tuum, qui plures tibi conservasti, merui; dignus
venia sermo erit, qui ut animum meum exprimeret,
nitorem et candorem assumpsit. Aliquid in moribus
meis alabastri esse (Sic enim imagine usus es) libens
agnosco et fateor: imo multum nivis esse, sed quae
et fragrare et flagrare potest. Hac igitur nota com-
mendari quod misi munusculum sino, revera animi
debetis pignus. sed ut Humanitatem tuam agnosce-
rem, totam impendere Barbariem debui, et quicquid
Italiam, Humanitatis matrem, lacerasset. Vincor vero,
qui sic pugno: amplius enim reponis quam accepisti;
quae ingenii palma est. Et quomodo satis certidwew
tuum aestimabo, illud κέλλιστον καὶ τιμηέστατον?
illud omnium fere linguarum divitijs instructum? illud
victurum, quamdiu linguae erunt? Haecenas tam di-
vinum volumen deponere e manibus non potui: in quo
tam snave fuit videre vultum, quam jucundum, venerari
mentem, quae tam sane putesco et Apollineo vultu digna
est. Quid dicam? voluisti me tuum esse tam pro-

Hug. 37.

lixâ liberalitate: bis tuum esse, tam purâ facundiâ,
quam in epistolâ admiratus sum. De meâ igitur sile,
aut reddam tibi voces tuas, ἀλάβασεν μῦθος. Sed
quas gratias pro Diplomate? tertius et decuma-
nus Sic nodus est. Me verò potius milites, quoties-
cumque proficiscar, violent, quàm ego monitum tuum.
Omnino cautio mea erit, ne quod Beneficium est,
exemplum fiat. ROBERTI ἀποκάλυψιν avidissimè
percurri. Quicumque Sic Somo vel est, vel fuit,
non inter plebeias cogitationes jacuit. Me ad tem-
porum mysteria nescio quae nuper cupiditas tra-
xit, ausum moliri facillimam rationem, quâ qui-
quid Sic arduum est et intricatum, ex tempore pro-
nunciare promptius, quàm computare^{possis}. Hac inventi-
unculâ de republicâ videor bene posse mereri. Anni
omnes, menses, dies tam praeteriti, quàm futuri,
in praesenti sunt: et quicquid lassare calculos pos-
set, sine numeris, tabulis, epsemeridibus, imò sine
movâ ac molestiâ sabetur. Ignosce, si ingenio blan-
dior: sed quia catalogum operum meorum exigis, prae-
notare FASTOS^{istos} PERPETVOS volui, excudi quoque
nuper coeptos. Audeone verò? Mito Bibliothecam

Belgicam, à Professore Sic Hebraicae linguae conscri-
ptam, in qua plerisque rerum mearum titulos invenies.
Accedunt Sic recentiori foeturâ, Doctrinae Politicae
Fontes ex Aristotele. Elementa Basilica, quibus Edu-
catio Principis continetur. De Olympiadibus Liber.
De S. FLAVIA DOMITILLA Observatio. Aerarium
Pietatis novum ac militare, sine tributo, vectigali,
onere, facile et perpetuum, immensum et honestum.
De Nundinis Romanis Synlagma, nondum editum.
Alia minuta quaedam. Habes sic igitur suppellecti-
lem ingenij mei, variam magis quam pretiosam;
sed qualemcumque, repraesentare volui: et cur non
mittere? Genium meum juro, exemplaria nulla
sunt. Addo Clarissimi viri et Amici mei DIODORI
TYLDENI opus, de Notitiâ sui, quod ipse cum literis
mittit. PETRARCHAE manibus ingeniosius litari
non potuit. Cum sic scribas, et tu LAVRA dignus
es. Vale. Lovanii, in Arce, XV. Kal. Mart. M. DC.

Ut. J. J. 1670.

Puteanus.